


Jakob Carpov

Illustrationis Apologeticæ Peccati In Spiritvm Sanctvm Adversvs Iohannem Engestroem Svecvm ...

Specimen Tertivm : De Peccato In Spiritvm Sanctvm Inchoato Et Consummato

Vinariae: [Iohann. Adam. Melchioris Vidua], MDCCXLVII

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862635454>

Band (Druck) Freier  Zugang






381

a. B.
48. b. 8.

14.

Fa-1092 (14)

2.
2
3.
2
4.
2
6.
2
7.
2
8.
160
9.
107
11.
1



ILLVSTRATIONIS APOLOGETICÆ
PECCATI
IN SPIRITVM SANCTVM
 SPECIMEN TERTIVM
 DE
PECCATO IN SPIRITVM SANCTVM
 INCHOATO ET CONSVMMATO

AVCTORE

M. IACOBO CARPOVIO

ILL. GYMNASII VINARIENSIS DIRECTORE MATHEM. P. P.

REGIAE BEROLINENSIS SOCIETATIS SCIENTIARVM
 COLLEGA.



VINARIAE M DCC XLVII.



INCHATO ET CONSERVATO

LECTORI COLENDO

S.

I.

*Diei natalis
acceptio
varia.*



Natalem diem cum veteres Christiani dicerent, non etiam tantum quo quis aut primam lucem natiuitate adpexerat, aut quo sacro baptismatis fonte adpersus, et e spiritu aquaque genitus, Christo nomen dederat, sed saepe etiam diem mortis beatæ, in iis præcipue hominibus, qui morte cruenta firmauerant doctrinam Iesu saluatoris, intelligebant. Vt vnum alterumque locum in medium adferam, *Tertullianus lib. de corona militis c. 3: oblationes, inquit, pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus.* Atque ut altius hunc loquendi morem repetam. *Smyrnenfis ecclesia apud Eusebium libr. 4. Hist. Eccles. c. 15: Nos, inquit, Polycarpi ossa nacti reuerenter condidimus, uti fieri decebat, eoque in loco præstante Domino cum exultatione et gaudio natalem martyris diem celebrabimus, diem mortis viri sancti beatique* cap. 7, 619, 100 *iuſte vocans.* Nec potest sane hæc adpellatio, nisi iis, inepta videri, qui quantum concilium caelestium turbæ huic et colluioni, quantum latitia continua ærumnis et squalori, aut si optime se res habet, doloris gaudique perpetuis vicissitudinibus, quantum denique vita sempiterna caducæ atque vietæ præstet, non intelligunt; quemadmodum egregie *Cheminus in Exam. Conc. Trid. de Venerat. Sanct. scribis: veteres dies obitus*

obitus sanctorum pulchre vocarunt natales seu natalitia ipsorum, quod tunc vitam meliorem, qua vere vita est, ingredientur.

II.

Quod ad nos atinet, luximus et adhuc publice lugemus diem secundum Martii,

*Dies mortis
Serenissima
ei natalis.*

SERENISSIMÆ CELSISSIMÆQVE PRINCIPI
SOPHIAE CAROLINAE ALBERTINAE

DVCI SAXONIAE CET. MARCHIONI BRANDENBURGICAE CET.
MATRI PATRIAE OLIM INDVLGENTISSIMAE

vere natalem quidem nobis vero atrum, funestum, lugubrem. Ac quidni lacrymis fletuque istum decoremus? Hic enim morte immatura, quod nemo cogitauerat, auertere optassent omnes, SERENISSIMO PATRI PATRIAE CONIUGEM desideratissimam, PRINCIPI IUVENTVTIS VNICO eiusque SORORI SERENISSIMAE GENITRICEM amantissimam, STIRPI SAXONICAE futurae fulcrum, BRANDENBURGICAE ornamentum et decus singulare, Aulae exemplar virtutis, pietatis, moderationis et quae sunt reliqua, eminentissimum, omni denique civium vniuersitati MATREM PVBLICAM eheu! abstulit ita, vt praeter tristem recordationem nil eius amplius superfit. Sed in tanto luctu nos solatur, quod funestus ille dies vere natalis fuerit SERENISSIMAE. E diuersorio enim in domum, e coetu mortalium in fulgentissimum concilium animorum caelestium, e principali, sed caduco folio in regium aeternum, quod Seruator dedit, profecta est, praesentem conditionem cum praeterita, etiamsi optio daretur, nunquam commutatura.

III.

At vero alius quoque dies natalis prostratos civium animos, et eorum praecipue, qui ad ill. Gymnasium pertinent, erigit. Nam quae Numinis supermi infinita benignitas est,

*Dies natalis
Principis
Serenissimi*

SERENISSIMVS CELSISSIMVSQVE PRINCEPS
ERNESTVS AVGVSTVS

DVX SAXONIAE IVLIACI OLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
ET WESTPHALIAE

LANDGRAVIVS THVRINGIAE MARCHIO MISNIAE COMES PRIN-
CIPALI DIGNITATE HENNEBERGICVS COMES MARCAE ET

RAVENSBURGAE DYNASTA RAVENSTEINI REL.

SACRAE OLIM CAESAREAE MAIESTATIS EQVITATVS VNIVERSI
DVX CVM IMPERIO DVARVMQVE LEGIONVM PRAEFECTVS REL.
PRINCEPS ET DOMINVS NOSTER CLEMENTISSIMVS

cum voto.

saluus sospesque cras diem natalem sexagesimum obit, spem laetam sic nobis faciens, fore, ut in salute eius superstitis pretio summa porro portum refugiumque salutis nostrae inueniamus. Quemadmodum igitur veteres partem annorum propriae vitae iis, quos amabant colebantque, adprecabantur, quo sensu Tertullianus in apologetico c. 35. Caesari adclamari dicit:

De nostris annis tibi Iuppiter augeat annos;

Seneca vero lib. de vitae breuit. c. 8. dicere solent, inquit, eis, quos validissime diligunt, paratos se partem annorum suorum dare; et utroque vetustior Plautus adolescentem sic loquentem inducit:

Ego te quam si intelligam deficere vita, iam ipse

Vitam meam tibi largiar et de mea ad tuam addam:

ita nos merito, Ciues, votorum nostrorum summam facimus, ut Deus immortalis annos. MATRI PATRIAE ereptos, PARENTI PVBLICO addat, et si nec hoc sufficiat, vel nostrae vitae parte vitam illius augeat, ingrauescentem vero eius aetatem nouis a iuni corporisque viribus quotidie suffulciat roboretque, omniaque eius consilia in salutem patriae atque ecclesiae verae commune in dirigat, noxia vero repellat ita, ut auspiciatissimum hunc natalem cum gaudio celebrandi per longissimum annorum tractum nobis posterisque nostris facultas detur.

IV.

*Syllabus
oratorum*

Summam hanc dico votorum esse, non votum ipsum, quippe quod ad omnem, quam et conditio humana et principale fastigium recipere potest, felicitatem sese extendit. Quae enim loquacius dici poterant, tradidi iuueni eximio, academiae candidato,

IOHANNI GEORGIO HASE

Roslauensi,

qui veluti anno superiori de veritate et causis moralibus longaeuitatis patriarcharum declamauit, ita iam in causas illius physicas inquireret, PATRIAEQVE PATRI CLEMENTISSIMO annos Nestoreos non minus, quam omnis reliquae felicitatis praesentis perennitatem et incrementum, absentis praesentiam, qua fieri decet pietate mentis, adprecabitur. Huic vero cum quinque alii iuuenes bonorum morum atque profectuum in concelebrando hoc festo die se comites iungere, simulque MAECENATIBVS, DOCTORIBVS AMICISQUE valedicere, constituerint, occasionem cultus Leuitici curatius pernoiscendi iis suppeditare, quia sensus illius

illius et litteralis et mysticus ad religionem iudaicam atque Christianam e fonte quasi petendam non parum confert, e re esse, arbitratus sum. Quoniam igitur

CHRISTIANVS HENRICVS HASE

Roslauenfis,

pro mensa gratuita beneficio suo fratrisque nomine simul gratias actas de rationibus obiectiuis cultus Leuitici generatim.

IOHANNES ANDREAS BÜCHNER

Vinariensis

de atrio tabernaculi ad Ex. XXVII, 9 -- 18. XXXVIII, 9 -- 20. XL, 8, 33,

IOHANNES GVILIELMVS SCHLOEMILCH

Roslauenfis

de altari holocaustico ad Ex. XXVII, 1 -- 8. XXXVIII, 1 -- 7. XX, 24, 26. Leu. IX, 22. IV, 18, 30,

IOHANNES PETRVS FISCHER

Gebstädtensis

de igne sacro ad Leu. IX, 23, 24. X, 1, 2. XVI, 12, 13. VI, 9, 12, 13,

IOHANNES CHRISTOPHORVS SCHVCHARDT

Saxenhuso-Thuringus.

de labro aeneo ad Ex. XXX, 18 -- 21. XXXVIII, 8. XL, 30 -- 32,

ita quidem, vt sermone Gallico primus, Latino secundus, quartus, Græco quintus, carmine vero Latino tertius, vero aculo sextus vrantur, dicturi sunt, fore que, vt in his dicendi argumentis sacris iucundisque aures auditorum impetrent, sperant omnes: VOS, VIRI ILLUSTRES, EXCELLENTISSIMI, MAGNIFICE SUMME MAXIMEQUE REVERENDI, CONSVLTISSIMI, EXPERIENTISSIMI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, DOCTISSIMI, vt cras hora IX matutina præsentia Vestra desideratissima ad pia nostra solemnia symbolam conferatis, operamque audiendi oratoribus scholasticis dantes. Vestra vota cum nostris coniungatis, quam obferuantissime atque amicissime rogo. Ac veluti oratorum nostrorum aliqui ab his temporibus publice declamando et disputando cathedram scholasticam ornarunt a), omnes autem post laudabiliter peractum curriculum

G 3

a) Nimirum quod in incitamentum aliorum discipulorum pro more meo commemoro, primus præsentium oratorum, quod raro accidit, bis publice declamavit, vti e programmate meo *de pacificatione principum* an. 1745, et ex *illustrationis huius apologetica specimine* primo anno 1746 edito in

ac voto. scholasticum spem sustinent egregiam: ita illis ex animo adprecor, ut diuina adiuti gratia, academias quasi hortos non commodos tantum amoenosque, sed etiam frugiferos ingrediantur ibique verno hoc iuuentutis tempore flores sapientiae colligant, e quibus non tantum fiant strophia honoris, sed quorum fragrantia etiam munitum et obfirmatum pectus osoribus, contemptoribus et quibuscunque in boni rectique via *ἀποκρίσεις* opponant, certo persuasi, quod bene subacta arua copiosiores fruges ferant, quodque pressam licet virtutem supprimi Deus non patiarur.

V.

*Institutum
auctoris.*

Perfectis iam iis, quae pietatis atque officii ratio iussit perficere, ad persequendam disceptationem, quae a Viro Clar. *Ioh. Engelström* in *disst. de satisfactione Christi pro peccato in spiritum S.* mihi mota fuit, me accingo. Noli autem mirari, Lector, quod non mutato titulo, tertium Tibi programma offeram. Quamuis enim duobus iam programmatibus distinctio peccati in Spiritum S., secundum quam illud vel inchoatum tantum vel consummatum esse, docueram (*Theol. Rev. T. I. §. 1395.*), vindicata sit, tantum tamen argumentorum cumulum Suecus noster obiecit, ut omnia lustrare atque discutere superioribus programmatibus non licuerit. Quare quae de loco hoc supersunt, in iis sub examen reuocandis referendisque iam elaborabo.

VI.

*Responsio ad
animaduer-
sionem in ex-
plicationem
loci Hebr.
VI, 4, 5, 6, ab
auctore da-
tam.* Scilicet post illa, quae in superioribus programmatibus discussa sunt, in explicatione quorundam Scripturae dictorum, a me data, inuenit Clar. Engelström, quod carperet; quare de his breuiter videndum est. *Theol. Rev. T. II. §. 951. Schol. 2.* explicationem dicti *Hebr. VI, 4, 5, 6* hanc dedi, ut apostolus de abnegantibus fidem et doctrinam saluarem in illuminatione agnitam loquatur, his quae omnem conuersionis possibilitatem denegat, dum et quamdiu in abnegatione Iesu Messiae perstent; quam restrictionem apostolus indicet participio postposito: ἀναρκεῖντας (*Spec. II. §. 10*). Vir S. R. se

promptu est, semel autem de necessitate legum externarum, me praeside, anno 1745. disputauit. At non minus testibus programmatibus excitatis, bis declamauit frater eius germanus, disputauitque de genuina notione testamenti veteris anno 1746. Sed ex iisdem, quae dixi, programmatibus etiam Lector, tertium quintumque oratorum nostrorum aliis temporibus declamando diligentiae specimina edidisse, intelliger.

quoque in *Disput. de peccato in Spiritum S. explicasse hoc dictum*, narrat *Dissert. cit. (p. 5.) p. 21. suamque explanationem conferendam lectoribus, ut ipsimet diiudicent, vter nostrum scopum ferierit* (pace Viri Cl. serio ante factum sextum non habuit præteritum) *propius, relinquit. Quod mihi non aduerlatur. Addit tamen: in ipsa explanatione nulla realis est differentia, sed in adplicatione tantum, quam nos retulimus ad peccatores in Spiritum S., Cl. CARPOV ad descipientes a fide quoscumque alios. Es post enarrata verba mea e The. J. Rev. T. II. S. 951. p. 836: adprobat quidem meam explanationem, quod e con. ex re sacro, abnegantem fidem, dum et quamdiu in illa abnegatione persistit, non posse ad penitentiam renouari, adposite ostenderit; addit vero confessum: ed quid? annon hoc æque apposite adplicaretur ad peccatorem in Spiritum S. præsertim cum natura peccati in Spiritum S. constantem involvat reiectionem mediæ salutis? Magis appositam hanc esse adplicationem, crediderim, ex verbis eius, et a negandis, quæ certe summam blasphemiam important, prout L. c. demonstravimus. Vult igitur Vir Clar. propositionem apostoli: abnegans fidem, dum et quamdiu in illa abnegatione persistit, non potest ad penitentiam renouari,*

adplicari ad peccantem in Spiritum S., facta subsumptione:

Atqui peccans in Spiritum S. abnegat fidem,

Et peccans in Spiritum S., dum et quam diu in fidei abnegatione persistit, ad penitentiam renouari nequit.

Hæc enim esset, ni fallor, adplicatio, quam postulat. Vbi quidem obiter moneo, minorem, ut vera sit, non tantum de abnegatione fidei, quam præcessit confessio, sed de ea etiam, quam sola conuictio interna sine professione præcessit esse intelligendam. Nam accurate *Musa* duplex docuit peccantium in Spiritum S. genus esse, dicens in *Disput. de peccato in Spiritum S. §. 39: Qui sic* (ex pura puta malitia, non ex ignorantia, nec ex infirmitate, ex metu nata) *negant et impugnant veritatem præsertim, rursum in duplici sunt differentia. Quidam agnoverunt eam aliquando, et ut e calculo suo illam comprobare erunt et professi fuerint. Alii quidem nec calculo suorum comprobauerunt, nec etiam professi sunt, de ea tamen apud animi in suam ira conuicti sunt, et quod opponant, præter conuictia non habent. Et §. 39: Ex priori classe sunt apostate, qui veritatem semel agnitam et creditam abnegant, impugnant et conuictis perunt. Ex posteriori erant Pharisæi et Scribæ, qui doctrinam quidem Christi nunquam suo comproba-*

uerant

verant calculo, aut professi publice fuerant, de ejus veritate tamen ex Scri-
pturis et miraculis Christi apud animum suum convicti erant, ita ut quod
opponerent, præter convicia non haberent, Job. XI. 47. Job. XV. 22. Act.
IV. 17. et tamen illam ac pariter opera Christi impugnabant et blasphe-
mabant. Quibus præmissis, locum Hebr. VI. 4. seqq. ad priorem clas-
sem transfert. An vero hæc adlycatio a me negata fuit? Minime vero.
Quamvis enim in peccante in Spiritum S. posse locum habere peniten-
tiam, si ab oppugnatione malitiosa officii Spiritus S. desistit, doceam
(Spec. II. §. 10.), fateor tamen, eum conuerti non posse, dum et quam-
diu in abnegatione Christi et oppugnatione veritatis caelestis perstat.

VII.

*Quæ auctor-
iam præter-
mittat?*

Deinde Vir Clar. explicationem effati apostolici Hebr. X. 26. 27. datam
a me Theol. Rev. T. II. §. 395, etiam lacescit p. 2. Sed quia sub secundo
momento generali hæc curatius consideraturus es, defensionem meam præ-
riter in locum istum differam.

VIII.

*An pro pec-
cante in spi-
ritum S. sit
orandum?*

Dum quæritur: an pro homine in Spiritum S. peccante precandum sit,
puta, ut conuertatur? Meisner in Disp. de peccato in spir. S. qu. 3 §. 14. (est
hæc decima Decadis primæ in Anthropol. Sacra) respondet ita: Notandum
est, quod peccatores in Spiritum quidam sint, quidam videantur. De
illis certo scimus, de his probabiliter conjicimus. Pro his orari de-
bet, sub hac nimirum conditione, si omnino non sunt indurati. Quan-
do autem ex infallibilibus indiciis cognoscimus, illos vere induratos
esse, et jam per multos annos malitiose resistere Spiritui, tum certe pro
iis, vi mandati diuini, orari non debet. Non autem temere pronun-
ciandum et judicandum est de homine tali; quia sæpe possumus falli, et
aliud veritatis, aliud probabilitatis est judicium: aliud *estis* unum, aliud *di-
ctis*. In primitiva quidem Ecclesia signif. donum *diapnoias* *πνεύματος* 1. Cor. 12.
v. 10. quod cum jam cesset, idcirco preces nostras non suspendamus, sed
iis persecutores etiam et blasphemos Apostatas comprehendamus, nisi cer-
to et indubitanter de malitiosa illorum induratione constat; sicque no-
stra ætate quoque esse casum exceptum, in quo pro talis hominis con-
uersione precandum non sit, arbitratur. At vero quia homo istiusma-
di, quam diu viuit, tam diu adhuc conuerti potest (Spec. II. §. 9. 10.)
et bene iudicauit Augustinus, de nemine esse desperandum, quam die

ad penitentiam patientia Dei adducit (Spec. II. §. 10.): in quaestione solvenda adhibui distinctionem de peccato in Spiritum S. inchoato et consummato, Theol. Rev. T. I. §. 1396. scribens: *Quis quis peccatum in Spiritum S. inchoavit tantum, illi, dummodo a malitiosa oppugnatione illa desistat, et apprehendat gratiam oblatam, remitti potest. Nam omnibus hominibus gratia Dei apparuit Tit. II, 11, et Christus pro omnibus peccatis satisfecit 1. Iob. II, 2. Quoniam igitur pro omnibus hominibus est orandum 1. Tim. II, 1. et ipse Stephanus in mortis agone pro hostibus suis exemplo ipsius Christi Luc. XXIII, 34. precabatur Act. VII, 59. nec pro illis, qui inchoant peccatum in Spiritum S., preces, ut convertat Deus, intermittenda sunt. At vero qui consummauit, pro illo non amplius est orandum. Nam qui consummauit, is ipso in peccato contra Spiritum S. est mortuus (§. 1395.), adeoque eterne obnoxius damnationi (de qua in seqq.). Quoniam igitur nulla inde liberatio est, preces eiusmodi, ut pro omni alio, in peccatis mortuo, essent frustraneae. In qua sententia consentientem inveni aliquoties excitatum Kromayerum, in Theol. positivo-Polem. P. I. art. 8. p. m. 406. scribentem: Quod Augustini dictum attinet: Pro eo non imprudenter oratur, de quo non desperatur; si ad hoc peccatum (sc. in Spiritum S.) accommodandum est, de inchoato, nondum penitus consummato loquitur. Quibus consentanea tradidit l. c. P. II. loc. 8. aphor. 18. §. 3. 4. p. 186.*

IX.

Adieceram autem verbis enarratis Th. Rev. T. I. §. 1396. Scholion De dicto 1. sequens: Solet huc plerumque referri locus 1. Iob. V. 16: Si quis viderit fratrem suum peccare peccato, quod non est ad mortem, petet, et dabit ei vitam; peccantibus dico non ad mortem: (si) est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget. At non opus est, ut de solo in Spiritum S. peccato ille intelligatur. Quin potius dum particula *περὶ* etiam eum significatum admittit, ut ad tempus referatur Luc. XXIV, 29, planissimus est verborum apostoli sensus, si intelligantur ita: Si peccatum, quod alter committit, ad mortem eius usque est ita, ut in peccato sc. voluntario, quodcumque sit, ad mortem usque perseveret, non de tali peccato dico, ut alter pro tali homine oret, quia sc. precatio pro damnato est frustranea. In qua dicti Iohannei explanatione cum dictionem *ἀμαρτία πρὸς θάνατον* explicaverim non praecise de peccato in Spiritum S., sed de peccato quocumque voluntario, in quo homo perseveret ad mortem usque, male hoc Virum S. R. habet. Sunt autem in disceptationibus exegeticis duo probe a se invicem discernenda:

H

an

an explicatio adlata pugnet aduersus fidei analogiam? et an, salua ista, pugnet tantum aduersus regulas hermeneuticas? Nam bene moneri solet: *explicationem theologice veram posse exegeticæ falsam esse.* Quibus ad explicationem præsentem dicti Iohannis translatis, eam non pugnare cum fidei analogia, ante omnia fatendum est. secundum meam explicationem enim hæc Iohannis mens est, quo I-pro homine, in peccato voluntario ad mortem vsque perseverante, et in illo moriente, præcandum amplius non sit. Sed verum hoc esse, euidenter conficitur ex eo, quod homo, in peccato voluntario et hinc sine fide moriens damnatur (Theol. Rev. T. II. §. 66. 841), e damnatione vero liberatio nulla sit (I. c. T. I. §. 1483.); quodque hinc preces pro tali homine sint inuiles. Quare cum explicatio mea analogiæ fidei non tantum non repugnet, sed etiam cum dogmatis exploratis cohæreat nexu legitimo, ob eamque causam Theologicæ vera sit, superest, mere exegeticam litem esse, quam Vir Clar. mihi mouit; id quod monere imperitorum causa, qui pondera rerum recte discernere nesciunt, vifum est.

X.

Vindicta explicationis loci 1. Ioh. 8, 16.

qua particulam: si, explicationis causa additam;

Quid est igitur, ex quo Vir S. R. explicationem meam vitii exegeticæ arguit? Enarrabo vnum membrum post alterum ita, vt responfionem statim subtexam. Dicit p. 23:

r. quis licentiam dederit Viro Cl., ex locutione, est peccatum ad mortem, præmittendo particulam si in parenthesi, propositionem facere hypotheticam, quæ talis in Textu non est? Verum, etsi nos abhorreremus ab eiusmodi licentia, tamen, cum eadem illa adhuc dum quid contra nos non faciat, non opus est, tempus in illa reicienda ulterius teramus. Et sane Vir Clar. facit bene, tempus non triturus in re nullius momenti. Nam cum in Logica doceatur omnem propositionem categoricam, sensus ratione habita mutari posse in hypotheticam, potui etiam in propositione Iohannis particulam si in parenthesi præponere explicationis causa, dum sensus manet plane idem. Nam siue dicam:

est peccatum ad mortem; non pro hoc dico, vt (quis) oret;
siue:

si est peccatum ad mortem, non pro hoc dico, vt (quis) oret;
nulla sensus differentia est, quia vtroque modo Iohannes pro peccato ad mortem præcandum esse, non dicit. Quo sic se habente, quæ de licentia data in medium adlata est quæstio, corrui. Pergit l. c.

z. Part.

2. *Palmarium argumentum Viri Cl. nititur acceptione particulae* *et qua signi-*
negs, quatenus ad tempus referatur Luc. XXIV. 29, at, nostro iudicio mi- *ficatum par-*
nus adcurate subducto calculo. Locutionem impersonalem esse, non *ticulae negs.*
dixerim, cum negs; ἐπιπέρας ἡμεῶν καὶ κινδύνῳ ἡμεῶν, propositio sit composita, in qua
duo diversa predicata, esse ad vesperam, et declinare, ad idem refe-
runtur commune subiectum dies. Construitur particula negs cum Ac-
cusativo casu, exprimenda per ad Latinorum, sicubi respectus fuerit
motus ad locum, ut Marc. IX. 19, per circa, quando respectus est ad tem-
pus, ut in l. c. ad minimum per vsque ad, vel ad vsque, prout inseri Vir
Cl. verti l. c. omnino nequit. Quis enim sensus, dies est vsque ad vespe-
ram? An e re fuerit Emauntici, viatorem, qualem Christum reputabant,
docere, diem esse vsque ad vesperam, quasi vero viator hoc nesciret?
Hoc utique coram scientia non opus habuerunt differere, sed commonesce-
re tantum, diem ulteriori itinere minus esse aptum, ex quo erat circa
vesperam, et declinauerat sol ad horizontem occiduum, quod viatorem,
qui inter ambulandum secum disputarat v. 15 seqq. non tam probe obser-
uasse, facile suspicari poterant. Quae cum ita sint, et circa Latinorum
non aequipollet composita particula vsque ad, quin latius se extendat ita,
ut et quoddam tempus ante rem, quacum construitur, insinuet, non con-
notata necessario ipsa re cui praepositur ita, ut excludi prorsus nequeat,
patet utique, dictum Luc. XXIV. 29 concinne minus, quam pro re nata,
huc trahi. Etque hinc est, quod in Dissert. de pecc. in Spiritum S. haec
attulimus pag. 86. (m) non ex particula negs inferri posse, indicari pec-
catum ad mortem, siue finem viae, durans, quodcumque fuerit;
quandoquidem eiusmodi sensus in Scriptura Sacra N. T. per ἐως et
ἄχρι efferrī suavit. Scilicet in loco Iohannis ἀμετρίως negs δάρας significare
posse peccatum ad mortem vsque sc. existens, probavi e loco Luc. XXIV.
29, ubi negs; e dem; gnificatu occurrat (§. 9.). Itaque Vir Cl. dicti Iohan-
nei explicationem impugnaturus, argumentum hocce adgressus est, licet
ita, ut res cesserit infelicit. Quamvis enim concedam, in verbis Lucae
duas propositiones eiusdem subiecti esse: 1. ἡ ἡμεῶν ἡμεῶν negs; ἐπιπέρας, et 2. ἡ ἡμεῶν
ἐπιπέρας, nec mihi aduertetur, particulam negs; motus ad locum respectu
facto, construi cum casu accusandi et exprimendam esse per Latinorum: ad,
uti Marc. IX. 19 negs; ut: non tamen haec obstant, quin per vsque ad vel ad
vsque vertatur in negotio temporis. Quis sensus est, inquis, dies est vsque
ad vesperam? Miror quæstionem, quasi inter pueros res esset. Nonne

dies est ens successiuum, cuius alia continuo partes sequuntur alias? Quare veluti concinne dico: *seculum est vsque ad dimidium*, hoc indicaturus, quod pars eius dimidia iam effluerit: sic quoque dicam recte: *dies est vsque ad vesperam*, quo diem præterlapsum esse totum, sola vespera excepta, significabitur. At non, inftas, particula $\pi\epsilon\delta\omicron\varsigma$ vertenda est *vsque ad*, sed *circa*, quia Emaunticis non e re erat, viatorem ignotum docere, diem esse *vsque ad vesperam*, quasi vero hic illud nesciuisset; sed commonesacere cum voluerunt tantum, diem vltiori itineri minus aptum esse, ex quo erat *circa vesperam*, quod viator inter disputandum non tam probe obseruasse videbatur. Fateor, Emaunticos non voluisse docere comitem ignotum, diem quemcunque vsque ad vesperam esse, quia dicunt determinate: $\eta\ \eta\mu\epsilon\tau\epsilon\alpha\ \delta\iota\epsilon\varsigma\ \hbar\alpha\epsilon\varsigma$; sed fallitur tota via Vir Clar. hunc sensum ex explicatione mea extorquens. Fateor etiam, Emaunticos, vt textus docet, comiti ignoto persuadere voluisse, vt secum in diuersorio pernoctaret, addita ratione: *quod dies (illa sc.) sit ad vesperam vsque et inclinauerit*. Sed tantum abest, vt hæc verborum mens postulet particulam *circa*, vt *vsque ad* sit longe conuenientius. Nam *circa*, vt Vir Clar. dicit, *et quoddam tempus ante rem, quacum constructur, insinuat*, vt in loco nostro sensus esset: *vespera quidem propinqua est, adhuc tamen lucet dies*. Ast neque huic explicationi conueniens est perfectum statim additum $\pi\epsilon\iota\kappa\lambda\iota\mu\epsilon\varsigma$, diem præterlapsam fuisse, indicans, sicque partem eius aliquam residuam adhuc excludens; neque ea cohæret cum conclusione, quam persuadere Emauntici comiti ignoto volebant; quia excipere hic potuisset, se iter potius vltius persecuturum esse, quia, fatentibus ipsis, pars diei aliqua adhuc superfit. Quod dubium vtrumque non obstat explicationi meæ. Nam cum dies est vsque ad vesperam, inclinata est, et tempus est diuersorium petendi. Nec licet excipere, momentum, quo Emauntici Christum inuitabant, remotius adhuc a vespera fuisse, quoniam eadem vespera Hierosolymam reuersi sint Luc. XXIV. 33. Reuersi enim sunt lunæ radiis illuminati, quia triduo ante, sc. feria prima paschali, luna totum orbem suum impleuerat. Ast nec hoc quidquam facit contra me, quod *terminus temporis soleat alias in Scriptura N. T. per $\tau\omicron\varsigma$ et $\alpha\chi\epsilon\iota$ exprimi*, quia eandem notionem in diuersis locis diuersis terminis significari solere, vulgatissimum est. Quæ cum sic se habeant, repulsis Viri Clar. dubitationibus, in l. c. Lucæ particulam $\pi\epsilon\delta\omicron\varsigma$ commodissime verti et explicari per *vsque ad*, certum verumque manet. Atque sic oppositionis fundamento destructo, adium ruinam facile Lector prauidebit. Scilicet Vir Clar. pergit p. 24:

3. Quo

3. Quoniam itaque locus, quem pro parallelismo sententiæ suæ firmando citauit Vir Clar. non est parallelus, sublato fundamento, quod superstructum est, mox ruit; ut adeo sic relinquatur, commodiorem non dari expositionem dicti 1. Ioh. V. 16. quam quæ, inculcari, docet, peccatum, absolute ad mortem ducens, id quod aliud esse nequit, quam peccatum in Spiritum S., vixote quod absolute est irremissibile. Inuerto autem hoc argumentum: quoniam impetus, quem Vir Clar. fecit contra fundamentum explicationis, quam de 1. Ioh. V. 16. dedi, irritus fuit, salua manet explicatio, quod verba apostoli de peccato voluntario quocunque, ad mortem vsque durante, possint intelligi; quocirca falsum est, quod commodior explicatio non detur hæc, quæ peccatum absolute ad mortem ducens, b. e. in Spiritum S. inculcari, docet. Interea effatum apostoli secundum nostram explicationem posse etiam ad peccantes in Spiritum S. transferri, facile est intellectu. Nam secundum Iohannem et nostram explicationem:

qui peccat voluntarie vsque ad mortem, pro illo non est orandum; sed qui peccatum in Spiritum S. consummat, is peccat voluntarie ad mortem vsque (Spec. I. §. 10.).

E. qui peccatum in Spiritum S. consummat, pro illo non est orandum; quod conueniens est doctrinæ supra enarratæ (§. 8.). Ac quamuis Vir Clar. dicat denuo p. 24:

4. Quod vero simul obseruauimus, Virum Cl. rursus prouocare ad distinctionem inter peccatum in Spiritum S. inchoatum, et consummatum, vi cuius Iohannes non impediret orationes pro iis, qui inchoati huius peccati sunt rei, id ipsum sub curatius examen heic reuocare, foret superfluum, ex quo superius euictum est in hac ipsa §. peccatum in Spiritum S. Scribarum, et Pharisaorum, fuisse consummatum, etiamsi adhuc viuerent, neque dari posse peccatum in Spiritum S. nisi consummatum; id nec me a sententia dimouet. Nam diuersitas peccati inchoati et consummati in Spiritum S. satis supra demonstrata et vindicata est (Spec. I. §. 10.); quocirca illam ad peccantes in Spiritum S. adplicare eo maiori potui iure, quo minus in ipsa adplicatione aliquid erratum est. Nam pro eo, qui in peccato in Spiritum S. ad mortem vsque perseuerauit, non amplius precandum esse, ipse Vir Clar. fatebitur, nisi liberationem e gehenna statuatur. Sed pro conuersione eius, qui adhuc versatur in peccato in Spiritum S., precandum esse, quam diu viuit, adparet non solum ex admonitione generali 1. Tim. II, 1. sed etiam inde, quod quam diu viuit,

An dictum illud ad peccatum in Spiritum S. possit adplicari?

Responso ad repetitionem vanam.

nondum manifestum est, annon is forsan adhuc ad mentem sanio- rem rediturus, et Deus ei poenitentiam ad remissionem peccatorum daturus sit? quod utrumque fieri potest (Spec. II. §. 9. 10.). De cetero quia verba vltima de Pharizæis et scribis manifestam contradictionem implicare, et dari posse peccatum in Spiritum S. inchoatum, in præcedentibus ostensum est (Spec. II. §. 14. et Spec. I. §. 10.); satis id est ad me nouo respon- dendi onere leuandum.

Consensus
Augustini in
explicatione
data,

quius veri-
tas confir-
matur.

XI.
Liceat vindiciis explicationis data adficere vñcum. Nimirum quam- vis auctoritatibus pugnare non soleam, prætermittere tamen nequeo, Au- gustinum lib. de correctione et gratia c. XII. in loco Iohanneo peccatum, quod non est ad mortem, explicare per peccatum, de quo poenitentia agi- tur; peccatum ad mortem autem per peccatum, cum quo impoenitentia finalis coniuncta est. Ita enim ille: Accipiunt (sati et martyres) tantam per istam gratiam libertatem, ut quamuis quam diu hic viuunt, pugnent contra concupiscentias peccatorum, visque non nulla sui recipant, propter que dicant quotidie: dimitte nobis debita nostra, non tamen ultra ser- uiant peccato, quod est ad mortem, de quo dicit Iohannes apostolus (1. Ep. V. 16.): est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. De quo peccato quoniam non expressum est, possunt multa et diuersa sentiri: ego autem dico id esse peccatum, fidem, qua per dilectionem operatur, deserere vsque ad mortem. Quod nil est aliud, quam cum verba Iohannis de peccato quocunque voluntario, quod est ad mortem vsque pec- cantis ita, ut in illo ad mortem vsque perseueret, intellexi (§. 9.). Ne- que ista explicatio Augustini infirmatur exceptione Contr. Horneii in Ex- positione litterali in Epp. Ioh. et Iudæ p. 139: ne pro talibus (qui vs- que ad finem vitæ impoenitentes sunt) post excessum oretur, monito opus non erat; in quem sentum etiã Suecus noster dicit p. 25: Quin imo neque recte Cl. CARPOV putet, adhortari apostolum fideles, ne pro mor- tuis, et damnatis, orent, cum, de viuis, non mortuis, esse ipsi sermonem, ex toto contextu sit in aprico, quemadmodum in Dissert. de pecc. in Spi- ritum S. loco, supra citato, id ad oculum ostendimus. Quamuis enim nos, qui peccata post mortem non remitti, et e damnatione liberationem non esse, satis nouimus, moneri, ne pro damnatis oremus, non opus sit, non tamen inde ad primos Christianos, qui magna ex parte e Iudæis erant, conlequentia valet. Iudæi enim remissionem peccati post mortem, deprecatione intercedente, credebant (Spec. II. §. 12.). Quare sapienter Iohann-

Iohannes Christianos sui temporis a vulgato errore est dehortatus. Atque hæc ratio veritatem explicationis meæ confirmat, cuius possibilitas ante defensa est (S. 10.).

XII.

Dum de ratione irremissibilitatis peccati in Spiritum S. quam Christus adseruit, quæritur, irremissibile id esse, aut quatenus malitiosam speciosamque veritatis celestis impugnationem inaduluit, aut quatenus homo in rem peccati illo ad finem vitæ perseverat; sed priori respectu non posse esse irremissibile, quia alias aut gravitas peccati huius infinitum meriti Christi valorem superaret, aut Christus pro eodem non satisfacisset, quod utramque S. sit irremissibile, aut Christum pro eodem non satisfacisset, quod utramque S. sit irremissibile, aut vitam perseveret, docui Theol. Rev. T. I. S. 1395. In hæc etiam positione verò circumstantiis mansi: an ipsum peccatum, (sc. in Spiritum S.) sit irremissibile, an vero circumstantiis peccati irremissibilis? Et quanquam profiteretur confessim, scire se, quod ego nolim, quætionem talem formari, respondet tamen sibi ipsi quod alio formari modo nequeat vi positionis meæ, se esse declaraturum. Hanc declarationem deinde Vir Clar. inde ap. 25. ad 34. persequitur, sed tam diffuse, ne dicam confuse, ut in fine, repeti quidem quætionem, videas, sed nexum argumentorum, quibus euincatur, quod ita nec aliter vi positionis meæ formanda fuerit quæstio, non intelligas. Neque verò hoc miror, quia falso supposito Vir Clar. ædificium suum superstruât. Nam dicit p. 32, me perseverantiam finalem in oppugnatione hostili ipsi oppugnationi hostili in postulato meo opponere; quod a mente mea plane abhorret. Etenim non oppono perseverantiam finalem in oppugnatione hostili veritatis celestis ipsam oppugnationem hostilem; sed oppugnationem eius hostili vel malitiosam, a qua homo per veram penitentiam recedit, oppositam volo oppugnationem malitiosam, in qua ad finem vitæ perseverat. Quare ita potius formanda est quæstio:

utrum malitiosa, speciosaque impugnatione veritatis celestis irremissibilis sit in se ita, ut licet homo ab illa desistat, eam doleat, seriamque penitentiam agat, tamen remissionem istius peccati a Deo impetrare nequeat; an ista oppugnatione veritatis celestis irremissibilis sit, homine perseverante finaliter in eadem?

Quo pacto formata quæstione, negati membrum prius, additis rationibus, quod alioquin aut gravitas huius peccati superaret infinitum me-

riti Christi valorem, aut Christus pro illo non satisfacisse dicendus sit; quorum utrumque falsum. Et quia tertium membrum nullum est, ad veritatem membri posterioris, sc. quod oppugnatio veritatis cælestis irremissibilis sit, homine in illa finaliter perseverante, conclusi; quemadmodum scripsit etiam Kromayer in Theol. Positio-Polem. P. II. p. 187: *Ultimum requisitum huius peccati, finalis scilicet impenitentia et omnium salutis mediorum abiectio, facit hoc ipsum irremissibile.* Hoc igitur Vir Clar. aut concedet, aut negabit. Si negat, videbit, quomodo ipse constet sibi scribens p. 19: *Verum est, peccatum in Spiritum S. pronuntiari irremissibile, etiam in hac vita.* Sequitur: *hoc ex natura ipsius peccati questionis, quod sine intervallo constanter reiecit omnia salutis media.* Si concedit, superuacua est disputatio de iis, quæ ex falso eius supposito profecta sunt. Interea nequaquam secundum sententiam meam dicitur recte, non ipsum peccatum in Spiritum S. sed circumstantiam eius esse irremissibilem. Etenim peccatum in Spiritum S. simpliciter dictum, vel quod idem valet, consummatum est oppugnatio veritatum cælestium ad salutem malitiosa, speciosa et finalis (Spec. I. §. 7. n. 1. et §. 10.); quæ definitio essentiam illius peccati exprimit. Est igitur perseverantia finalis in oppugnatione veritatum cælestium essentialis peccati in Spiritum S. sc. simpliciter dicti, vel consummati (Spec. I. §. 10.); vnde potro, dum hoc peccatum irremissibile est propter perseverantiam finalem, est irremissibile propter aliquod essentialis. Sed circumstantia entis est accidentale quid in ente, ob eamque causam opponitur essentiali, quia essentialis entis non potest eius accidentale esse. Efficitur igitur, ut dum peccatum in Spiritum S. consummatum est irremissibile propter essentialis quid, non sit tale propter circumstantiam.

XIII.

*Contra-
dictio com-
missa ite-
rum.*

Notavi iam supra defectum *angelicos*, dum Vir S. R. perseverantiam finalem modo adiunctum peccati in Spiritum S., modo ex forma interna h. e. ex essentia eius esse, docet; quæ sibi inuicem repugnant (Spec. I. §. 12.) *sup* Quamvis autem hoc non inique ferrem, hoc tamen ferri nequit, quod ad eandem contradictionem committendam me quasi adigat. Scribit enim §. 5. p. 34: *Vidimus ex hoc usque disputatis, perseverantiam finalem, in peccato questionis, adiunctum quid esse, quod si concedatur, Vir Cl. facile intellexit, totam suam structuram everiti. Eam ob causam, clarissimam licet eandem veritatem negat, et pernegat essen-*

essentiam peccati *questionis in perseverantia finali ponens, prout §. 3. indicauimus.* In quibus verbis primo hoc falsum est, quod *essentiam peccati questionis in perseverantia finali ponam.* Non enim hoc facio, sed perseverantiam finalem dico, esse essentialē aliquod peccati in Spiritum S. consummati; pariter ac Vir S. R. eam dicit esse *ex forma peccati huius* (Spec. l. §. 10.). Hoc vero membro adsumpto, ad contradictionem euitandam, non possum non negare, quod perseverantia finalis sit adiunctum huius peccati (Spec. l. §. 12.). Quod dum nego, non nego veritatem evidentissimam, sed errorem, quia e contradictorie oppositis alterum veritas, alterum error est. Contra Vir S. R. vtrumque membrum contradictorium docens, vt verum, errat in alterutro, nisi forte ipsum contradictionis principium falsum esse cœperit.

XIV.

Peccatum in Spiritum S. irremissibile esse propter perseverantiam peccantis finalem in eodem, docui (§. 12.). Sed fieri potest, vt in alio quocunque peccato mortali homo ad finem vitæ vsque perseveret; quo facto, illud quoque, quoniam remissio peccati pœnitentiam ante finem vitæ supponit, erit irremissibile. Itaque irremissibilitas non videtur esse proprium peccati in Spiritum S. Quod vt soluerem dubium, Theol. Rev. T. I. §. 1395. Sch. respondi ita: *Sed est tamen dispar peccati in Spiritum S. et aliorum peccatorum ratio. Perseuerantia enim finalis non tamen ipsam aliorum peccatorum essentiam et notionem ingreditur; id quod e contrario in peccato in Spiritum S. ira se habet. Scilicet alia peccata possunt esse consummata, siue homo in iisdem moriatur, nec ne. Sed peccatum in Spiritum S., addita demum finali perseverantia, est consummatum.* Ad hoc Vir Clar. p. 35: *Iam vero, cum Cl. CARPOV concedit, perseverantiam finalem in quibusvis aliis peccatis esse irremissibilem, ex quo remissio peccati pœnitentiam ante vitæ finem supponit, et interim, disparē esse rationem, vt get, peccati in Spiritum S. et aliorum quorumvis peccatorum in hoc negotio; id certe est, quod hactenus valde videtur obscurum esse.* Dabo igitur operam, vt sine culpa mea nondum intellecta intelligantur, ne denuo obscuritatis querelam audiam. Concedo, perseverantiam finalem in peccato in Spiritum S. et in aliis peccatis quibuscunque esse posse; sed in illo eam esse essentialē, sine quo non est peccatum in Spiritum S. simpliciter dictum vel consummatum, in his accidentale, quod potest adesse et abesse ita, vt peccatum

Irremissibilitas est attributum peccati in Sp. S. sed accidentale aliorum peccatorum mortalium, cum impenitentia finali coniunctorum.

tamen

tamen sit consummatum, adfero. Ratio adfertur est, quia perseverantia finalis ingreditur ipsam notionem et essentiam peccati in Spiritum S. (Spec. I. § 7. n. 1. & §. 10.), sed aliorum peccatorum non item. Quæro e. g. quid est furtum? Est actio, qua quis alteri inscio et invito aufert suum animo sibi habendi. Absoluunt hæc essentiam furti, ut qui actionem hanc committit, furtum perfecit, siue in hac actione ad finem vitæ perseueret, in ipso furto forsan extinctus, siue non perseueret. Itaque si contingat, ut quis in furto ad finem vitæ perseueret, perseverantia hæc ratione furti est accidentale quid, quoniam sine illa furtum erat consummatum. Similis est aliorum peccatorum ratio. E contrario ad quæstionem: quid est peccatum in spiritum S. (sc. simpliciter dictum)? respondeo: est oppugatio malitiosa, speciosa et finalis veritatis celestis ad salutem; quam definitionem Vir Clar. concessit (Spec. I. §. 8.). Itaque perseverantia finalis, ipsam peccati in Spiritum S. essentiam et notionem ingressa, non est in illo accidentale quid, sed essentielle ita, ut, nisi ratione habita perseverantia finalis, non possit quis simpliciter peccator in Spiritum S. dici. Quoniam igitur perseverantia finalis est in peccato in Spiritum S. essenziale, sed in aliis peccatis accidentale, fit inde, ut irremissibilitas sit peccati in Spiritum S. attributum (Spec. I. §. 10.); sed in aliis peccatis accidentale. Nam quod ex essentia entis fluit, attributum est; sed ex accidente vno non manat, nisi accidens aliud.

XV.

An perseuerantia finalis ingrediatur notionem et essentiam aliorum peccatorum mortalium præter peccatum in Sp. Sanctum?

Sed quantacunque his lux veritatis insit, hæc tamen video negari. Scribit enim Vir Clar. p. 36: *Fallit atque fallitur Vir Clar., dum, perseverantiam finalem, statuit, non ingredi essentiam, atque notionem, aliorum peccatorum mortalium, sed essentiam tantum, atque notionem, peccati in Spiritum S.* Siccine vero? Non equidem tam peruersum iudicium expectassem. Sane si perseverantia finalis ingreditur essentiam atque notionem aliorum peccatorum mortalium præter peccatum in Spiritum S., ut vult Vir Clar., non amplius furtum definiendum est per actionem, qua quis alteri inscio et invito suum eripit animo sibi habendi, sed per actionem, qua quis usque ad finem vitæ eripit alteri inscio et invito suum animo sibi habendi; neque adulterium per actionem, qua quis (quæ) concumbit cum aliena (alieno), sed per actionem, qua quis (quæ) usque ad finem vitæ concumbit cum aliena (alieno); neque ebrietas per actionem, qua quis modum debitum excedit in potu fumendo, sed per actionem,

nem, qua quis ad mortem vsque istum modum excedit. Atque sic in definitionibus omnium peccatorum addenda est determinatio: *ad mortem usque*, si posita sine restrictione propositio Viri Clar. vera est. Ee quid tum? si vera sunt, quæ Vir Clar. dicit, nemo est aut fur, aut adulter, aut ebriosus, quoad viuit, sed post mortem demum potest sic compelli. Quod cum a communi sensu omnium abhorreat, non ego fallo atque fallor, sed Vir Clar., oppositam meæ sententiam defendens. Hoc enim doceo potius, quod si homo moritur in peccato mortali quocunque, perseverantia finalis non ideo pertineat ad essentiam et notionem illius peccati, sed per accidens cum illo coniuncta sit.

XVI.

A perseverantia finali Vir Clar. dilabitur ad ἀπισίαν, scribens p. 36: *sicut fides ingreditur essentiam bonorum operum, quippe quæ alioquin bona non sunt* Hebr. XI. 6. seqq. *ita et ἀπιστία ex opposito essentiam ingreditur malorum operum, sive peccatorum.* Ἀπιστία ingredi essentiam atque notionem peccatorum omnium, nego; fateor, iis annexam esse, vt attributum. Notio peccati, essentiam illius exprimens, et a Viro S. R. p. 125. concessa, est: *peccatum est, quiaquid est contra legem.* Nulla ibi mentio ἀπιστίας, quæ circa ad notionem et essentiam peccati ἀπιστία non pertinet. Quod autem peccatis reliquis annexa sit, vt attributum, hoc fluit e dogmatibus, alio tempore a me defensis. Scilicet fides cum peccato voluntario consistere simul nequit (Theol. Rev. T. II. §. 84.). Ex quo sequitur, vbi adest peccatum voluntarium, ibi abesse fidem; et quia absentia fidei ἀπιστία est (l.c. T. II. §. 58.). conficitur porro, vt vbi adest peccatum voluntarium, necessario simul adlit ἀπιστία. Sed age! fingam, ἀπιστίαν pertinere ad essentiam et notionem peccatorum omnium hoc sensu, quod quisquis est peccator voluntarius, non possit non ἀπιστία laborare. Quid tum? Ergo ἀπιστία finalis ingreditur essentiam omnium peccatorum (sc. voluntariorum), in quibus peccatores decedunt. Quid tum? Repugnat hoc propositioni meæ Theol. Rev. T. I. §. 1395. Sch: *Perseuerantia finalis* (pro qua Vir Clar. ponit ἀπιστίαν finalem) *non ipsam aliorum peccatorum essentiam et notionem ingreditur; id quod e contrario in peccato in Spiritum & ita se habet.* Distinguo inter peccatum, ex parte peccantis in concreto, et ex parte sui ipsius in abstracto spectatum. Fateor etiam, ad essentiam peccati voluntarii, ex parte peccantis et in concreto spectati pertinere, vt ἀπιστία finalis cum illo connexa sit, si peccator in illo ex vita migret. At non ideo ἀπιστία finalis ingreditur essentiam peccati, ex parte sui et in abstracto spectati. Nam

An essentiam aliorum peccatorum ingreditur ἀπιστία

eaque finalis, si homo in illis moriatur?

peccatum e. g. homicidium, adulterium, furtum est peccatum, siue homo in eo ex hac vita discedat, siue ante mortem agat poenitentiam, et quod hinc sequitur, siue *actio* finalis cum eo connexa sit, siue acta poenitentia *actio* in locum *actio* succedat. Sed dispar est ratio peccati in Spiritum S. Nam ad huius simpliciter dicti vel consummati essentiam *actio* finalis pertinet non tantum ex parte peccatoris et in concreto, sed etiam ex parte peccati ipsius et in abstracto, quia si homo ad poenitentiam veram reuertitur, cessante *actio*, peccatum in Spiritum S. non consummatum, sed inchoatum tantum est, vel ut Vir Clar. loquitur p. 25, *peccatum in Spiritum S. homo plane non commisit*. Atque ex his Vir Clar. intelligit, falso se dixisse p. 37: *sane hoc modo* (sc. a parte peccati) *actio* *quaeuis* finalis, etiam minoris gradus, ad essentiam sui peccati pertinet, id quod Viro Cl. directe contrariatur; et p. 83: *adfirmare licet, perseverantiam finalem non pertinere magis ad essentiam peccati in Spiritum Sanctum, quam ad essentiam aliterius peccati, in quo homo moriatur. observato tantum discrimine graduum actio* superius mox indicato, sc. secundum quod *actio* in peccato in Spiritum S. est grauior et atrocior, in aliis peccatis minor. Nam ad essentiam aliorum peccatorum, quam de quo disputamus, in abstracto spectatorum, perseverantia finalis non pertinet. Unde comparatio illa nulla est. Restrictè, inquis forsitan, propositio capienda est: *actio* finalis pertinet ad essentiam aliorum peccatorum in quibus homo moriatur. Sit ita! At nihilominus cecidisti causa. Nam mea erat propositio: *perseuerantia (actio) finalis non ingreditur ipsam aliorum peccatorum essentiam et notionem*. Cui dum opponis propositionem cum restrictione, paulo ante dictam, hoc ipso, te non posse propositionem meam simpliciter dictam falsitatis arguere, prodis. Unde quæ ad differentiam peccati in Spiritum S. ab aliis peccatis manifestam faciendam dixeram (§. 14.), salva manent.

XVII.

An peccatum in Spiritum S. addita demum finali perseverantia sit consummatum? Theol. Rev. T. I. §. 1395. Scholion finiveram his verbis: *Scilicet alia peccata possunt esse consummata, siue homo in iisdem moriatur, nec ne. Sed peccatum in Spiritum S., addita demum finali perseverantia, est consummatum. Quæ novam dant Viro S. R. occasionem, distinctionem peccati in Spiritum S., qua id consummatum vel inchoatum tantum dixi esse, laceßendi. Dicit enim p. 38:*

1. *Verum in sumum abit ea ratio, rite expensis iis, qua superius §. 3. differuimus. Sed quæ supra §. 3. ab illo disputata sunt, tendebant ad distinctionem peccati in Spiritum S., quam modo dixi, infirmam. Quare*

Dum

dum omnia illa per discussionem meam in fumum abierunt (Spec. I. §. 15. seqq. Spec. II. §. 2-14 et Spec. III. §. 6-11.), saluum et inconcussum, quod h. l. scripti, manet. Dicit l. c.

2. Et unde, quæso, probavit Vir Cl. consummatum vnice esse peccatum hoc per finalem perseuerantiam? Peccatum in Spiritum S. (protensive) consummatum esse vnice per finalem perseuerantiam, e definitione eius, quam Vir Clar. concessit, probavi tanta cum euidencia, vt ad eam ne quidem addi quid posse videatur (Spec. I. §. 10.). Sed consummatio eius protensiuè ab intensiuè distingui debet (Spec. II. §. 5.). Pergit l. c.

3. Si ex irremissibilitate argumentetur, satis fecimus argumento §. 4. supra, ubi de causa eius egimus. Ostendi iam fontem, ex quo conclusionem, quod peccatum in Spiritum S. per finalem perseuerantiam consummetur, hausi, eumque talem, qui mihi cum Viro Clar. communis est (Spec. I. §. 10. II. Spec. III. §. 12.). Quare quam rationem Vir Clar. cur ad peccatum in Spiritum S. requisierit perseuerantiam finalem, daturus sit, si discedat a testimonio Christi, quod hoc peccatum sit irremissibile, ipse videbit. Ego quomodo rationes subducam, ostendi in superioribus (§. II. cc.); quæ si denuo negantur, argumenta neruosius et distinctius exponi ita, vt neruus eorum eluceat, non autem prolixitate nimia res implicetur, expecto! Pergit l. c. ulterius:

4. Ad minimum Pharisei, adhuc viuentes, peccati huius fuerunt rei, et quidem in summo gradu. vid. supra §. 3. fatente ipsomet Viro Cl. unde, peccatum ipsorum non inchoatum tantum, sed reuera consummatum fuisse, constat. Aut itaque in Phariseis consummatum fuit peccatum in Spiritum S. aut peccatum idem in summo gradu penes ipsos non fuit. Negat Vir Cl. posterius, ergo et prius affirmabit, nisi admittatur contradictio. Sed est hæc mera repetitio superiorum; quare data supra responsio potest sufficere (Spec. I. §. 15. 16. Spec. II. §. 14.); quemadmodum id quoque, quod de Christo, vt non respiciente Phariseorum perseuerantiam in peccato aduersus Spiritum S. finalem, excepit Vir Clar. p. 39. aduersus Nonneminem, quatenus contra me quoque valet, explosum est (Spec. I. §. 16.). Sed dubia dubiis cumulans, obiicit ulterius p. 39:

5. Et quid? Num peccatum, quod nec remittetur in hac vita, in hoc seculo Matth. XII. 32. non consummetur ante finem vite? quo præmissa, reiicit distinctionem inter incredulitatem finalem terminatricem huius sæculi et inchoatricem sæculi futuri, defenditque, sensum esse non posse: non remittetur peccatum hoc neque in fine, siue termino, vitæ, neque in initio

futuri seculi post finem vitæ; nisi prius probatum fuerit, per hoc seculum in ordine ad statum hominis vitæ ipsius finem vnice indicari, id quod sit ex τῶν ἀδυσίτων. Sed quemadmodum posteriora hæc ad me nil attingent, qui nunquam illa distinctione usus sum, ita respondebo tantum ad priora. Argumentum te habet ita:

Quodcunque peccatum nec in hac vita remittitur, illud ante finem vitæ est consummatum;

Sed peccatum in Spiritum S. nec in hac vita remittitur, quia Christus negat, in hoc seculo remissibile esse Matth. XII. 32;

E. peccatum in Spiritum S. est ante finem vitæ consummatum.

Sed unde probavit Vir Clar. maiorem? Inuenio nihil, nisi forte probatio in quaestione esse putetur. Sed quia modum hunc probandi non agnoscunt Logici, ruere conclusionem, in promptu est. Dum vero Christus peccato in Spiritum S. remissibilitatem in seculo hoc et futuro, h. e. in hac vita et post eam, denegat, locutionem hanc non aliud quid quam ἡ τῶν ἀδυσίτων significare, e loco Marci parallelo supra monui (Spec. II. §. 12); qua de causa male membrum vnum ab altero diuellitur.

Interea nec minorem propositionem capi posse simpliciter, sed tantum sub limitatione: *si et quam diu homo in illo perseverat*, constat etiam ex superioribus (Spec. II. §. 10.).

Contra-
dictio com-
missa.

Sed quid disputo de præmissis, ipso Viro S. R. conclusionem suam negante? Dicit enim p. 25: *ex forma huius peccati interna esse perseverantiam finalem*; quo se habente ita, ante finem vitæ formæ eius aliquid deest, neque hinc illud est consummatum; quemadmodum ipse dicit p. 17: *parte aliqua peccati in Spiritum S. sublata essentiali, peccatum amplius in Spiritum S. neque est, neque idcirco dici potest.*

XVIII.

An auctor
doceat præ-
ter et contra
Scripturam
sacram?

Sed vltimum iam impetum aduersus peccati in spiritum S. distinctionem, a me datam, postquam omnes reliqui irriti fuerunt, Vir S. R. sic facit p. 40:

6. Dicis, sententiam Autoris esse, peccatum hoc non dari nisi inchoatum ante finem vitæ, consummatum in fine vitæ. Regero: Et hac ratione fallit. Aut enim datur vitæ finis in esse, aut in fieri. Si prius, homo non amplius est in hac vita, cum res dari nequeat nisi in esse suo constituta, neque, per consequens, capax est remissionis in hac eadem vita, ut sic peccatum quaestionis post finem vitæ demum consummatum foret, separato ab anima corpore, quod Scriptura penitus ignorat. Si posterius;

rius; finis vite in fieri adhuc pertinet ad hoc seculum, utpote tendens ad futurum, quo modo nondum datur finis, complete talis; ut potius peccatum questionis hoc modo consideretur, pro ratione finis eiusdem inchoati, tamquam inchoatum adhuc, utpote ad consummationem tendens, ut sic nullum admittatur peccatum in Spiritum S. consummatum in hoc seculo, etiam in fine, nisi idem, quod ante completum finem fuit in homine, quod inchoatum tantum vocat Vir Clar., non secundum, sed præter, et contra, Scripturam, et quod idem etiam penes Virum Clar. non irremissibile esset, sed remissibile, vid. T. I. p. 83. S. 395. iterum non secundum, sed et præter, et contra Scripturam.

Parcius ista viris his oblienda, memento, qui auctoritatem Scripturæ sacræ diuinam credunt, docent, demonstrant, defendunt, quod a me factum Th. Rev. T. I. §. 112. Præter et contra scripturam Sueci nostri esse doctrinas meas, largior; de Scriptura S. nego et pernego. Dic, sodes, ubi Scriptura S. peccatum in Spiritum S. ante vitæ finem inchoatum tantum esse, neget? Dic, ubi Scriptura, peccato in Spiritum S. inchoato, licet peccans seriam agat pœnitentiam, omnem remissionem denegat? quibus non ostensis, iniusta et improba est sollicitatio, quod dicitur. Ad superiora vero prouocabitur frustra, quoniam illa iam explosa et irrita reddita sunt. Quin imo tantum abest, ut quod docui, aut præter aut contra Scripturam sit; ut per consequentias legitimas, quæ nunquam infirmari poterunt, ex ea deriuauerim. Sed ad rem! Docui, peccatum in Spiritum S. consummatum esse in fine vitæ. Ex-

capit Suecus noster, aut dari finem vitæ in esse, aut in fieri, concludens:

si peccatum in Spiritum S. est demum consummatum in fine vitæ, aut intelligitur finis vitæ in esse, aut in fieri.

Sed non potest intelligi finis vitæ in esse, neque in fieri, per dictas rationes;

E. falsum est, peccatum in Spiritum S. demum consummatum esse in fine vitæ.

Ego vero non possum abunde mirari conatum Viri, iterum aduersus se ipsum præstantis, dum vltimum in hoc negotio idem mihi infligere sustinet. Docuit enim p. 25: ex interna huius peccati forma esse, ut constanter omnia salutis media reiiciat (homo); ubi vox: constanter eundem habet sensum ac si dixisset: ad finem vitæ, quia qui constanter reiicit omnia salutis media, hunc opposuit ei, qui ab hac oppugnatione veritatis ælestis desinit, oblatamque gratiam adprehendit. Itaque im-

An peccatum in Spiritum S. in fine vitæ sit consummatum?

Contra-dictio com-missa.

1680

29

1.

catus argumentum Viri Clar. aduersus me, e concessis aduersus ipsum concludo ita:

Si ex forma interna peccati in Spiritum S. est, vt homo omnia salutis media reiciat constanter, h. e. ad finem vitæ, aut finis vitæ in esse, aut in fieri debet intelligi.

Sed nec ille, ne hic potest intelligi vi eorum argumentorum, quibus Vir Clar. pugnat aduersus me.

E. ex forma interna peccati in Spiritum S. non est, vt homo omnia salutis media reiciat constanter, h. e. vsque ad finem vitæ.

Atque quod Vir Clar. respondebit huic argumento, e concessis formato aduersus ipsum id sibi a me responsum habebit. Sed vt ex abundantiam addam responsum directam, nego, prius membrum consequentis falsum esse, peccatum in Spiritum S. consummatum esse in fine vitæ in esse tali, defendens. *At tunc homo non est amplius in hac vita, nec per consequens capax est remissionis in hac eadem vita. Hoc nec debet esse, quia peccatum in Spiritum S. consummatum est plane irremissibile. Verum sic peccatum questionis post finem vitæ demum consummatum foret, separato ab anima corpore. Quid tum? Hoc penitus ignorat Scriptura. Quasi vero omne id scriptura ignoret, quod desinit in ea non legitur. Sufficit, secundum scripturam doceri, quod peccatum in Spiritum S. consummetur per perseuerantiam, ad finem vitæ vsque continuatam (Spec. I. §. 10.). Cum igitur finis vitæ mors sit, secundum scripturam dicam pariter, peccatum in Spiritum S. consummari per perseuerantiam, quam homo tenet ad mortem vsque. Et quia in morte ordinarie anima a corpore separatur, hoc quoque dicam secundum Scripturam, peccatum in Spiritum S. ita consummari per perseuerantiam, quæ durat vsque ad separationem animæ a corpore, vt, facta hac, illud demum sit consummatum. Reliqua dum contra me non sunt, responsum ei, aduersus quem pugnant, relinquo.*

XIX.

Epilogus.


Ita vero, Lector, tandem aliquando ad finem perduxisti distinctionem peccati in Spiritum S. inchoati a consummato defendendam, nil, quod momenti cuiusquam dignumque responsum visum fuit, prætermittens. Proxima igitur scribendi, si Deus voluerit, occasione doctrinam de lege fidei atque operum, speciose quidem oppugnatam, sed masculè defensam, exspectabis. Vale.


DABAM VINARIAE D. XIII. APRILIS M DCC XXXVII


Index.


- 1.) Hafaus de Tribu scitu credituz necessarius. P. I.
- 2.) ————— P. II.
- 3.) ————— P. III.
- 4.) Lampe de Inspiratione.
- 5.) Nonnen de Donis Spiritus S. Extraordinarius P. I.
- 6.) ————— P. II. (Rel. V.). Tom II Theolog.
- 7.) ————— de Juribz Satana veris & pratenfis in geng humana.
- 8.) kirchhoff de Christo homine obligatione legum div. antecd. & externa soluto.
- 9.) Nonnen de Summo Dominio Scandinaviae Galtati in Universum.
- 10.) Scheele de Praesentia Salutis humana per Christum parte pro felicitate concreatâ in statu integ.
- 11.) Nonnen de Fide in Nomen Domini nostri, Jesu Christi, filii Dei.
- 12.) Carporii Illustrationis apologetica Peccati in Spiritu Sanctum Specimen I
- 13.) ————— Spec. II
- 14.) ————— Spec. III.
- 15.) ————— Spec. IV.
- 16.) ————— Spec. V.
- 17.) ————— Spec. VI.
- 18.) ————— Spec. VII.
- 19.) Observationum contra Carporii sententiam de Peccato in Sp. S. Pars I.
- 20.) Schwarz de Sensuum in dijudicandâ Transubstantiatione Missakia Testimonio.
- 21.) Nonnen de Austâ Beatorum gloria post consummationem Mediationis.
- 22.) Lampe de Poenarum Aeternitate. Pars dogmatica.
- 23.) ————— Pars elenctica.
- 24.) Nonnen de Debus Tabernaculi typis coelestium.
- 25.) Camerarius de Luctâ precum.
- 26.) Meier de Discrimine ego quod Naturale & Morale dicitur in Theologia.
- 27.) Serpili Oecior Theologorum.
- 28.) Zacharia de Fraternitate Christianâ.
- 29.) Lindberg de Prajudiciis practicois Christianismo noxiis.
- 30.) von Mülhoffen de Prudentiâ nupturientium gamica.














the scale towards document

Divino certum esse putant pleriqve, bene-
dictis literaliter probari non posse, sed tamen
im, aliorumqve populorum piè introdu-
nde patet, qvòd aliqvot Exempla Patriar-
rum dantur, ubi matrimonialis benedictio
c. XXIV, 60. Ruth. IV, 11. Tob. IX, 9. Et
pithalamium pepigit Ecclesiæ Sponsæ Chri-
stor *Leo* ad omnia matrimonia constituit
gram benedictionem, sive ut Græci vocant
, ut sine hâc nullum voluerit esse ratum
De *Jure* qvidem *Romano* statuunt alii, hanc
on fuisse necessariam, aut de matrimoniî
noribus *Christianorum* est vetustissimum in-
ve temporibus nostris ea *nunc necessaria*
eritò, ut adeo inanis illa disputatio, hanc
cclesiæ non necessariam aut de *Substantia*
Ambabus enim manibus hoc conceditur
is, sed mores prædominantur. *Quod totus*
ego non audeo damnare, ait *Baldus* auriga
do:
ie sponsus, sacras ut firmet ad aras
tam thalami Numine teste fidem.

Qv. An nuptias die Dominica instituere li-
pissimè Sabbathò nuptias celebrari, autor
mag. Jud. c. 15. p. 323. Idqve ideo, ut eò
bitus, & majore Sabbathum honore afficia-
à noctè concipiuntur, ut plurimum in præ-
te indolem, & in sapientum Discipulos eva-
pprimis si bonæ & puræ interveniant cogi-
m coitûs voluptas, qvàm Sabbathi cultus
ur. Sanior mens Christianis antiqvîs etiam
a, qvi, qvâ erant in Deum pietate, solennia
a à nuptiis agendis exemerunt, & in hunc
usqve

Die Domi-
nicâ Copu-
latio, non
còmpotatio
Nuptialis
fieri potest.